Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SVM·III·

mittite et congregate ad me omnem
israel in monte carmeli et prophetas baal quat
tuor centos qui comedunt de mensa iez
abel. Misit ergo achab ad omnes filios
israel et congregauit prophetas in monte car
meli. Accedens autem helias ad omnem
plebem ait. Vsque quo claudicatis in duas
partes. si dominus est deus sequimini eum
si autem baal sequimini illum. Et non respon
dit ei populus verbum et ait rursum helias
ad plebem. Ego remansi prophetam domini solus
porro autem baal quadringenti et quinqua
ginta prophete per lucorum quadringenti
qui sunt. dentur nobis duo tauri et ele
gant taurum unum et mactentur ceden
tes ponant super lignum ignem autem non
supponant. et ego faciam bouem altero
et imponam super lignum ignem et non pon
am et inuocate nomina deorum ve
strorum et ego inuocabo nomen domini
dei mei et deus qui exaudierit per ignem
ipse sit deus. Et respondens omnis plebs
ait optima propositio et bona quam helias
locutus est. dixit ergo helias prophetis ba
al. eligite uobis taurum unum et facite
primi quia uos plures estis. inuocate
nomina deorum uestrorum ignem et non
supponatis. Et cum tulissent taurum
quem dederat eis populus fecerunt et in
uocabant nomen baal de mane usque
ad meridiem dicentes. baal exaudi nos
et non erat uox neque respondet. Et insili
ebant per altare quod fecerant cum per
esset iam meridies illudebat eis helias
dicens. clamate uoce maiori. deus enim
uir est forsitan loquitur aut in diuer
sorio est. aut itinere aut certe dor
mit ut exurgatur. Clamabant ergo
uoce maiori et incidebant se iuxta ri
tum suum cultris et lanceolis donec
effundebantur sanguine. Postquam autem
transiit meridies et usque phetantibus
ueniebat tempus quo sacrificium offerri so
let nec audiebatur uox neque aliquis
respondebat nec attendebat orantes.
Dixit helias omni plebi. Venite ad
me et accedente omni plebe curauit al
tare domini quod destructum fuerat
et tulit xii lapides iuxta numerum filio
rum tribuum iacob. ad quem factus est
sermo domini dicens israel erit nomen
tuum et edificauit ex lapidibus altare
in nomine domini. fecit quoque aque ductum
quasi per duas arature iugera circuitu al
taris et posuit lignum diuisit quoque pecu
dem bouem et composuit super lignum et ait
impletote quatuor ydrias aque et effun
dite super holocaustum et super lignum rur
sumque dixit in secundo hoc facite qui cum
fecissent et secundo ait etiam tertio id ipsum
facite fecerunt quoque et tertio et currebant
aque circa altare et fossa aque ductus
repleta est. Et iam tempus esset
ut offeretur holocaustum. accedens
helias propheta ait. domine deus abraham
et ysaac et israel hodie ostende quia tu es de
israel et ego seruus tuus et iuxta preceptum
tuum feci. omnia uerba hec exaudi me
domine exaudi me ut discat populus
iste quia tu es dominus deus et tu con
uertisti corda eorum iterum. cecidit
autem ignis a domino et uorauit holo
caustum et lignum et lapides pulueremque
quoque et aquam que erant in fossa du
ctu lambens. Et quod cum uidissent omnis
populus cecidit in faciem suam et ait
dominus ipse est deus. dominus ipse est
deus. Dixit quoque helyas ad eos apre

207